MEDIZINISCH-NATURWISSENSCHAFTLICHE SAMMELHANDSCHRIFT. FEUERWERKBUCH
Salzburg, 1470-1471 Seite 180r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



calefaciendi et a gummositate co-
glutinandi. Contra dissinteriam
fiat suffumigatio ex pulvere eius
sup carbones posito. Contra the-
nasmon ex frida causa de pul-
vere colofonie et pulvere nasturcii
ana commiste, et fiat aspersio super
renes, renibus prius cum melle
pronctis, et postea supligetur fascia.
Ex colofonia etiam fiat suffu-
migatio inferius. Ad pilos
de facie removendos et faciem de-
albandam talis sit usus eius. Accipe
ʒ. iij. colofonie. mastitis ʒ. i.
et modicum amoniaci purissimi
et resolve in vase terreo pu-
rissimo et novo, prius colofo-
niam et mastice, ad ultimum po-
ne amoniaci guttas et cola
sup aquam fridam, et collige et
malaxa inter manus, prius
tamen apparet nigrum et postea
attritione manuum redditur
album, postea aliquantulum infrigida-
tum ponatur sup faciem per unam
horam aut duas post removere
et pilos removebis et facies
depurabitur. Illud decies potest
apponi et servari, quia tale em-
plastrum durat per duos annos.
Contra asma ex frida materia
existente dissoluta et digesta
accipiat patiens fumum per os
et inclinet caput, picere facit
pus in multa quantitate. De cu-
curbita et curbita et citrulli
Cucurbita et citrulli fridi sunt et humidi
in qualitatibus suis temperati,
in calidis regionibus precipue
inveniuntur. semina artificiose in
terra proiecta in tempore veris
herba procreant que fructus produ-
cit, fructus autem cibis et me-
dicinis competens est, et precipue
semina. Cucurbita autem et citrul-
li ante maturationem colliguntur
et comedi possunt. Cucurbita
non cruda sed elixata vel assata
comeditur. Semina autem diuretica
sunt propter subtilem substantiam
et precipue medicine competunt.
Contra opilationem splenis et epatis
et renum et vesice et contra apos-
temata pectoris valent. Semina
autem bene mundata a corticibus
exterioribus bene conteratur et
in aqua ordei aliquantulum deco-
quatur et ablactentur, et aqua
colata patienti detur. Si autem
non potest accipere aquam fiat syrup
ex aqua illa et detur. Nota
quod maiorem haberent efficaciam
si non bullierint sed ablactentur
potius quam si bullierint. Item
nota quod a corticibus mundati
debent poni in medicinis in tali
quantitate quali exiguntur vel
saltim duplicetur quantitas. In
acutis etiam febribus detur decoctio
illorum vel syrupus factus ex aqua
cucurbite et citrullorum. Cu-
curbita cocta cum carnibus con-
fert colericis sanis in estate
acutissime febricitantibus, elixe
cucurbite sine aliquo condimento
vel etiam assate cum agresta date
cibus sunt et medicina. Coque
cucurbitas cum pasta bene, quia cocta
et remota pasta perfora, et ex-
prime aquam inde. Vel sic. Cu-
curbita frustatim incisa cooperiatur
pasta et coquatur in furno et coc-
tam extrahe a pasta et expri-
me per mappam mundam aquositatem
eius, et ex illa aquositate et
zuccaro fiat syrupus optimus
acute febricitantibus epaticis et
ethicis potest dari a principio, materiam
digerit et purgat per urinam
et aliquantulum laxat. Contra
epatis calefactiones, rasura cu-
curbite conteratur et succus ex-
primatur addito aceto vel agresta
pannus intinctus supponatur.
Et nota quod post maturationem debet
colligi cucurbita et suspendi
cum seminibus ut subam desiccetur.